

# PROPRIO DE LA MISA SAN IGNACIO DE LOYOLA

## Confesor

31 de Julio - Fiesta clase 3.<sup>a</sup> - Blanco

*Filipenses 2.10-11; Salmo 5.12-13*

IN nómine Jesus omne genuflectátur, cœlestium, terréstrium, et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris. *Ps.* Gloriabúntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quóniam tu benedices justo. *V.* Gloria Patri.

DEUS, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsidio militantem Ecclesiám roborásti: concéde; ut, ejus auxílio et imitatióne certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in Cœlis. Per Dominum.

*2 Timoteo 2.8-10; 3.10-12*

CÁRISSIME: Memor esto Dóminum Jesum Christum resurrexísse a mórtuis ex sémine David, secúndum evangélium meum, in quo labóro usque ad víncula, quasi male óperans: sed verbum Dei non est alligátum. Ideo ómnia sustíneo propter eléctos, ut et ipsi salútem consequántur, quæ est in Christo Jesu, cum glória cœlesti. Tu autem assecútus es meam doctrínam, institutiónem, propositum, fidem, longanimitátem, dilectiόnem, paciē-tiam, persecutiόnes, passiόnes: quá-lia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, et Lystris: quales persecutiόnes sustínui, et ex ómnibus erípuit me

INTROITO

Dóblese al nombre de Jesús toda rodilla en el cielo, en la tierra y en los infiernos; y confiese toda lengua que nuestro Señor Jesucristo está en la gloria con Dios Padre. Salmo. Salten alborozados, los que aman tu nombre, porque tú bendices al justo. *V.* Gloria al Padre.

COLECTA

¡Oh Dios!, que, para irradiar más cada día la gloria de tu nombre, has fortalecido a tu Iglesia militante con nuevos refuerzos por medio de san Ignacio; concé denos que, peleando en la tierra con su ayuda y a imitación suya, merezcamos ser coronados con él, en el cielo. Por nuestro Señor Jesucristo.

EPÍSTOLA

Carisimo: Acuérdate del Señor Jesucristo, del linaje de David, resucitado de entre los muertos, según mi Evangelio. Por él trabajo hasta verme entre cadenas como malhechor. Pero la palabra de Dios no esta encadenada. Por eso lo sufro todo, por los escogidos, para que también consigan la salvación, que esta en Jesucristo, y la gloria eterna. Tú, por tu parte, me has seguido en mi doctrina, mi conducta, mis designios, mi fe, mi longanimidad, mi caridad, mi paciencia, en las persecuciones y sufrimientos que me han acontecido en Antioquia, en Iconio y en Listras. ¿Qué persecuciones no he tenido que sufrir? Y de todas ellas me ha salvado el Señor. Y también todos

Dóminus. Et omnes, qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutió-nem patiéntur.

*Salmo 91.13,14,3*

JUSTUS ut palma florébit: sicut cedrus Libáni multiplicábitur in domo Dómini. *V.* Ad annun-tiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

*Santiago 1.12*

ALLELÚIA, allelúia. *V.* Beatus vir qui suffert tentatió-nem: quóniam, cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ. Allelúia.

*Lucas 10.1-9*

IN illo témpore: Designávit Dómi-nus et álios septuaginta duos: et misit illos binos ante fáciem suam in omnem civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicébat illis: Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis ut mittat operários in messem suam. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portáre sácculum, neque peram, neque calceaménta; et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite: Pax huic dómui; et si ibi fúerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertétur. In eádem autem do-mo manéte edéntes, et bibéntes quæ apud illos sunt: dignus est enim operárius mercéde sua. Nolíte transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscéperint vos, manducáte quæ apponúntur vobis: et curáte infir-mos, qui in illa sunt, et dícite illis: Appropinquávit in vos regnum Dei.

los que quieren vivir piadosamente en Jesucristo, padecenán persecució-n.

GRADUAL

El justo crece como la palma; y cual cedro del Libano se eleva en la casa del Señor. *V.* Para anunciar desde la mañana tu miseri-cordia y tu lealtad hasta la noche.

ALELUYA

Aleluya, aleluya. *V.* Dichoso el hombre que soporta la prueba; porque, una vez probado, recibirá la corona de vida. Alelu-ya.

EVANGELIO

En aquel tiempo : Designó también el Se-ñor a otros setenta y dos discípulos y en-viedos dos a dos delante de sí a todas las ciudades y localidades a donde él habla de ir. Y les decía: La mies es abundante, y los obreros, pocos; rogado, pues, al Señor de la mies que mande obreros a su mies. Id, mirad que os envío como corderos en me-dio de los lobos. No llevéis boisa, ni alfor-ja, ni zapatos, ni saludéis a nadie en el camino. En cualquier casa en que entréis, decid primero : « Paz a esta casa »; y si allí hubiere un hijo de la paz, sobre él reposará la paz vuestra; si no, a vosotros se tornará. Quedaos en la misma casa, comiendo y bebiendo lo que allí hubiere, porque el obrero tiene derecho a su salario. No an-déis de casa en casa. Yen cualquier ciudad donde entréis y os reciban, comed lo que os pusieren, y curad los enfermos que en ella hubiere, y decid a las gentes: el rein de Dios está cerca de vosotros.

*Salmo 88.25*

VÉRITAS mea, et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo ex-altábitur cornu ejus.

ADSINT, Dómine Deus, oblatiáni-bus nostris sancti Ignátii benígna suffrágia: ut sacrosáncta mystéria, in quibus omnis sanctitátis fontem constituísti, nos quoque in veritáte sanctíficent. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique grátias agere: Domine sanc-te, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælo-rumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicen-tes:

*Lucas 12.49*

IGNEM veni mittere in terram: et quid volo, nisi ut accendátur?

LAUDIS hóstia, Dómine, quam pro sancto Ignátio grátias ágentes obtúlimus: ad perpétuam nos majesta-tis tuæ laudatió-nem, ejus intercessió-ne, perdúcat. Per Dominum.

OFERTORIO

Mi lealtad y mi gracia estarán con él ; yen mi nombre crecerá su poderío.

SECRETA

Acompañen, ¡oh Dios y Señor!, a nuestras ofrendas benévolas oraciones de san Ignacio ; a fin de que los sacrosantos mis-terios, en que persiste el origen de toda santidad, nos santifiquen también realmen-te a nosotros. Por nuestro Señor Jesucris-to.

PREFÁCIO COMÚN

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, que en todo tiempo y lugar, te demos gracias, Señor, santo, Padre, omni-potente y eterno Dios, por Cristo nuestro Señor. Por quien los Ángeles alaban a tu majestad, las Dominaciones la adoran, tiemblan las Potestades, los Cielos y las Virtudes de los cielos, y los bienaventura-dos serafines la celebran con igual júbilo. Te rogamos que con sus alabanzas recibas también las nuestras cuando te decimos con humilde confesión:

COMUNIÓN

He venido a traer fuego a la tierra; ¿y que he de querer sino que arda?

POSCOMUNIÓN

Haz, Señor, que el sacrificio de alabanza que en acción de gracias te ofrecemos en honor de san Ignacio, nos conduzca, por su intercesión, a la alabanza eterna de tu majestad. Por nuestro Señor Jesucristo.